



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 12. Gualtierus Cardinalem Lotharingum Pontifici reconciliare intentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

fua, aut an potius ab iisdem permit-
tendum, ut hanc quæstionem Patres
prosequantur, ac decernant?

Secul. XVI.
A. C. 1562.

Tertio quærebant, num Galli, si forte
vellent aliqua proponere noxia Sedis
Apostolicæ Auctoritati, a Legatis essent
prohibendi, quin se deterreri patiantur
ex eo, quod scirent, quantos tumultus
in Hispania, & alibi excitasset parti-
cula illa, *proponentibus Legatis*, quam
clausulam Hispani respiciebant, quasi
catenam, quæ Patribus manus, pedes-
que constringeret, eisque libertatem
adimeret.

§. XII.

*Pontificis cum Lotharingio amicitia
per Gualterium restituta.*

Porro Mantuanus Cardinalis, & Gual-
terius Viterbiensis Episcopus in om-
nibus, quæ Vicecomes in Lotharingii
Cardinalis favorem summo Pontifici
exponere jubebatur, suam quoque jun-
gebant operam, nilque solertiæ præter-
mittebant, ut intelligeretur Romæ, si-
nistram famam de Cardinalis Lotha-
ringii consiliis fundamento solido haud
inmiti, nec minus studii Gualterius tam
per se, quam per suos impendebat, ut
semotis omnibus reconciliationis obsta-
culis Lotharingius Cardinalis in Pon-
tificis gratiam rediret, omniumque ob-
Hist. Eccles. Tom. XLV. Ss livi-

*Fallav. c. 9.
num 6. lit.
Gualt. ad
Borrom.
14. Decembr.*

Sæcul XVI.
A.C. 1562. livisceretur, quibus se offensum exhibebat.

§. XIII.

Nicolaus Pelveus in Archiepiscopum Senonensem Pontificio diplomate nominatus.

Pallav. n. 2. Sub idem tempus epistola Borromæi ad Lotharingium Cardinalem perlata est, quæ plurimum ad eum cum Papa reconciliandum contulit; nam per eam significabatur, Nicolao Pelveo, quem supra memoravimus, concessum fuisse Senonensem Archiepiscopatum a Pio IV. in Lotharingii Cardinalis gratiam, hanc enim Sedem Pelveo Guisius Cardinalis cedebat, cui etiam Legati datis ad eundem literis sæpius hunc Episcopum commendabant, ei exponentes, hunc Præsulem, cum a Lotharingio Cardinale plurimi haberetur, abs dubio toto studio procuraturum, ut Lotharingius quoque Synodi negotia promoveret, dummodo ejus petitis annueretur: præcipue cum idem Cardinalis facile placandus foret ejusmodi favore, quem veluti sibimetipsi prælitum respiceret, ut proin hac via inter Sanctitatem suam, & Lotharingium priusina amicitia plene restitueretur.

§. XIV.